



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

x. Ad accipitrem incitandum ad aucupium, qui aucupandi studio non tenetur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12846**

*Contra eiulatum.*

**E**IULANTEM, & sibilis strepentem, antequam sedem capiat, trito allio, quod sumptum sit ex sulco, allines, dicens illius eiulatus, Te allino. aut sumes vespertilionem, eamque prius depastam, pediculariæ herbæ tria grana edenda accipitri præbeto. post illam alligato ad perticam. si celeriter non concoquit, eiulabit quidem duos dies, sed amplius non eiulabit.

*Ad accipitrem incitandum ad aucupium, qui aucupandi studio non tenetur.*

**G**ALLINAM vernaculam occidito: sanguinem quouis folio exceptum & congelatum dato accipitri edendum, cum es exiturus ad venandum, & ita cupidus & promptus fiet ad venandum.

*Quomodo post venationem accipitres recipiendi, nutriendi, & in quas caueas includendi.*

**P**OSTQUAM aucs, quæ peregrinationibus vtuntur, non apparent, vt anseres, vt anates, vt grues, vt aliæ; tum venator gestans accipitrem quotidie exeat ad aucupium coruorum, cornicum, aliarumque